

auctoritate Judicis, arg. leg. Creditores; C. de pignor. ibi: Creditores, qui non reddita sibi pecunia conventionis legem ingressi possessionem exeunt, vim quidem facere non videntur. Autem auctoritate Praesidis possessionem adipisci debent. Unde etiam domini directi non nisi eadem auctoritate possessionem alteri auferre, & sibi dare debent, quia nemo sibi ipsi Judex esse debet; leg. 1. Cod. ne quis in sua causa judicet. (L. 9. 10. & 11. 14. p. 3.) Tum quia si quis propria auctoritate emphyteutam à possessione expelleret, passim scandala, & tixæ orientur, & ideo l. Non 176. ff. de Reg. jur. fuit provide statutum, ut sequitur: Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. (Permultæ decisiones, præcedentis regule confirmatorie, in medium hic afferri valebant; sufficit ut videantur leg. 4. Styl. 1. & 2. tit. 7. lib. 1. 3. tit. 9. lib. 2. 2. tit. 19. lib. 3. 4. tit. 4. 8. tit. 5. lib. 4. For. Reg. 2. tit. 4. p. 3. 11. tit. 13. 14. tit. 14. p. 5. 10. 13. & 14. tit. 10. p. 7. tit. 14. lib. 3. 1. 2. 3. tit. 12. lib. 5. Ord. Reg. tit. 9. lib. 3. tit. 13. lib. 4. tit. 17. lib. 5. 7. tit. 12. lib. 8. Recop. Cast. per quas, in aliquis de officio judicum tractatur, in alteris, quod nemo potest propria auctoritate rem in alterius manu constitutam accipere, demonstratur; vid. lit. B. pag. 260. in addit. hisp. novis. præsertim prope med.)

16 Dominus directus, quoties emphyteusis transit de uno ad alium, potest à non emphyteuta propter investituram, quam ei imperitur, laudemium exigere; textu expresso in leg. 3. Cod. de jure emphyteutico. Laudemium sic dictum, ex quo dominus directus suo consensu, & auctoritate approbet, ac veluti laudet talem translationem factam, de Jure communi est quinquagesima pars pretii, quo bonum emphyteuticum æstimatur; cit. leg. 3. Cod. de jure emphyteutico. ibi: Quinquagesimam partem pretii, vel æstimationis loci, qui transfertur, accipere licet azei domini. De consuetudine tamen alicubi trigesima, alicubi vigesima, & alicubi etiam decima pars pro laudemio dari solet, unde servanda est in hoc loci consuetudo; arg. cap. Cum tanto 11. de consuetud. Tale autem laudemium non est mensurandum secundum valorem, quem res habebat, quando prior tradita est in emphyteusim; sed secundum eum, quem res habet pro illo tempore, quo in alium transfertur; cit. leg. 3. Cod. de jure emphyteutico, ubi præscribitur, ut mensuretur dicta quinquagesima pars juxta mensuram pretii, quo æstimatur res emphyteutica, adeoque sic crescit mensura pretii, crescit etiam quinquagesima, vel trigesima, vel vigesima pars ejusdem.

20 In variis casibus transit emphyteusis de uno ad alium, & non est solvendum laudemium; Primo quando defuncto emphyteuta, emphyteusis jure hereditaria successione transit ad hæredem necessarium, ut de patre in filium; Authent. de hæredibus: Est communis Doctorum. Et ratio est, quia laudemium datur pro investitura, & immissione novi emphyteute in possessionem, cit. leg. 3. Cod. de jure emphyteutico; quando autem emphyteusis transit ad hæredem necessarium, non est opus nova investitura & immissione in possessionem, cum hæres auctoritate propria possit adire hereditatem, adeoque &c.

21 Secundo quando plures habentes rem emphyteuticam in communi, eam inter se dividunt proportionaliter in singulis; talis enim divisio videtur necessaria; leg. 22. Cod. 22 Mandati. Et sic tenet communis Doctorum. Tertio quando ante hereditatem, venditio emphyteusis iterum rescinditur, sic communis cum Barbosa in cap. Potuit emphyteuta 4. de locat. & conduct. num. 38. Et ratio est, quia laudemium, seu honorarium datur propter novam investituram, & immissionem in possessionem, quæ nova investitura non datur, ut de se patet, cum ante traditionem rescinditur venditio. Emphyteuta enim remanet adhuc in pacifica possessione emphyteusis ratione primæ investituræ. Quarto quando res emphyteutica transferatur ex necessitate dotandi filiam, cum aliunde non habeatur quo dotari possit: Sic Doctores communiter cum Barbosa loc. cit. & Bartolo in leg. Et ideo ff. de cond. furti. & ratio est, quia laudemium dumtaxat debetur ex alienatione voluntaria, & non necessaria, qualis est illa dotandi filiam, quam pater necessario dotare debet, tex-

tu expresso in leg. ultim. Cod. de dotis promissione.

De eo gravis est questio, an assumpta ab emphyteuta obligatio aliquid in re emphyteutica faciendi intra præfixitum tempus sub pena devolutionis, eoque non facta, locum sibi vindicet devolutio, emphyteuta non interpellato?

Affirmandum videretur ex notissima illa regula, quod 25 in obligationibus, in quibus appositus est dies, ipse interpellare dicatur pro homine.

Sed contrarium resolvit Rot. in Romana Devolutio- 26 nis 8. Junii 1744. coram bon. memor. Lana. Regule vero illi ita §. 1. respondet: Regula vero hæc, quod sine ulla admonitione sit locus pæna conventionali, procedere virum fuit tantummodo ad effectum inducendi obligationem, nempe ut quis, ubi pervenerit dies præfixus solutionis, teneatur ad interesse sive ad fructus contentos non quidem per viam pæna, sed solum ratione moræ, prout in eadem non solutionis canonum, ac etiam in eadem alienationum, antequam locum habeat caducitas, &c. nec non in omnibus aliis contractibus, in quibus purgatio moræ non admittitur, &c. nunquam vero locum sibi vindicat in penalibus ad suum effectum caducitatis, in quo casu dies non interpellat pro homine, sed ut pæna incurratur, necessaria est præcedens interpellatio.

Regula est quod dominus directus in venditione rei 27 emphyteuticæ valeat vel soluto pretio habere prælationem, vel petere laudemium. At regula hæc duas pariter exceptiones. Prior est, si dominus directus jam petierit laudemium. Hac enim petitione renuntiasset 29 centur competenti sibi prælationi. Altera si agatur de emphyteusi, in cujus instrumento fuit concessa libera facultas alienandi. Neque obstat, si in eodem instrumento fuerit prohibita alienatio irrequisito domino directo. Dupliciter enim consensus à domino directo præstari potest, & ante alienationem, & post alienationem, atque in hac hypothesis secundus consensus necessarius est, qui prælationem hæc tribuit. Ita decidit Rot. in Romana Prælationis 16. Junii 1736. cor. bon. mem. Canillac. §. 3.

(De emphyteusi ecclesiastica lex 3. tit. 14. p. 1. loquitur: asserit, hanc alienationem, etsi de emptionis, & locationis contractuum natura participet, super rebus immobilibus cadere, in perpetuumque, vel ad tempus annua pro pensione fieri, publica scriptura interveniente, debere: jus amitti, posseque à prælato auferri, per biennium, aut parum amplius canone non soluto: prædicia omnia, ex quorum retentione minus utilitatis quam ex emphyteusis constitutione oritur, in hoc contractu deduci ab Episcopo, & Capitulo valere. Videatur verb. Alienare, per tot. ibique necessaria ad rerum ecclesiarum alienationem notata reperitur.)

Lex 69. tit. 18. p. 5. ad census, vel emphyteusis constitutionem scripturæ formam præscribit: de rebus cujusdam monasterii cum certi canonis præfinitioni, astante Prælati, & Diffinitorii assensu in favorem recipientis, descendentiisque omnium usque ad tertiam generationem eandem extendi, denique præscribit, emphyteutam non licere domini absque consensu jus emphyteuticum in alium transferre.

Lex 28. tit. 8. p. 5. cum rei immobilis sub certa pensione, singulis annis solvenda per scripturam conficitur traditio, esse emphyteusim determinat: ad quam recipientis, suorumque hæredum, aut quomodolibet contrahentibus placuerit: inter utrasque partes que paciscantur, illibata, & firma debent omnibus modis custodiri: si res, data per emphyteusim, prorius interierit, ejus domino directo imputandum venit, ideo præstationis canonis cessat obligatio: re penitus non pereunte, dummodo pars octava remaneat, promissum servabitur, quamquam casibus fortuitis, & insolitis damnum quodcumque evenierit: quoad canonis cessationem discrimen inter res ecclesiæ, seu monasterii, ac eas, quæ sunt propria laicorum, constituitur, nam in hoc casu per biennium, in illo per triennium eo non soluto, domino licentia judicis absque decreto conceditur repellere emphyteutam: mora infra decem dies purgari valebit: si nec sic solverit, etiamsi à nemine redditus aut pensio repetatur, deficit ratio, cur ne-

nequeat expelli emphyteuta, nam dies interpellat pro homine, & sua mora cuilibet est nociva. Vid. lit. D. pag. 61. prope num. 21.

Lex 29. ejusd. tit. 8. p. 5. decernit, cum domini directi voluntate jus emphyteuticum alii vendi posse: si dominus die scientiæ eadem æstimationem intra duos menses obtulerit, præfertur: his transactis, sive contradicat, sive taceat, uti disposuerit emphyteuta, servabitur, dum jus emphyteuticum ad personas prohibitas, scilicet ecclesiæ, monasteria, aliasque potentes, sed idoneas ad solvendum non transportatur: ultra quinquagesimam partem pretii, vel æstimationem loci, si aliter res fuerit alienata, non licet domino accipere: absque ejusdem licentia poterit eandem rem oppignorari, sed non personæ prohibitz: si secus versatus sit, quod habet emphyteuta amittit, per consequens jure suo cadit. Vid. gloss. ad hæc leges D. Gregor. Lopez, ubi etiam pertingitur intelligentia, quando in constitutione hujus contractus successores, seu hæredes emphyteute vocantur: nec omittitur censuum qualitates referre. Perlegere non officii Auditoris, quæ verb. Familia, notatur. Ad rem verb. Census, & verb. Usufructus. Ut vero differentia absolute, quæ est inter hunc contractum, & ceteros in exordio hujus verbi recensitos, comprehendatur, si conferas quæ necessario debent suis locis præveniri, obtinebitur.

Hæc sunt quæ à legibus Part. stabiluntur: sub quarum intelligentia, conlatis etiam omnibus ab Auctore & notatis articulis præcedentibus, discrimen inter utrumque edocetur.

Recognoscere multum proderit provisionem regiam 18. Martii an. 1764. per quam, cum domini directi intenderent emphyteutas vulgo Foreros, aut agrorum possessores, à suis majoribus acquisitionum eisdem spoliare, decretum advertitur, omnes lites, hinc super materiis pendentes suspendi quibuscumque tribunalibus debere, nec spoliis locum esse donec & quousque antiquum canonem, seu pensionem persolverint.

Ceterum, Auc. Acc. 5. April. ann. 1770. vid. sup. art. 1. num. 32. mentione jam facta, prænotatumque existat, ejus contextum ad ædificia, tam præsentia, quam futura villæ matritensis dirigi, de multis, quæ ibi determinantur, dumtaxat advertitur, de quinquagesima pro laudemio, dum emphyteuta jus proprium vendere intendit, legis Part. observantiam demandari, quæ quidem pars superficiæ, & areæ æstimationem comprehendit: non solum directo domino sed etiam utili, aut superficiario jus retrahendi competere, quocirca uterque est invicem requirendus, & dum quilibet suum jus vendere conatur, certior debet hujusce voluntatis effici, ut secum intra duos menses deliberet, velit necne jure suo uti.

Animadversa sufficiunt, nam unusquisque, si occasio se offerat, prædictam decisionem requiret.

Ad leges Part. gloss. D. Gregor. Lopez recognoscatur, etiamque D. Antonii Gomez doctrina in Taurinis determinationibus præsertim ad leg. 74.

Ex supradictis in leg. 29. hic queri bene poterat, zan prohibito, manus mortue facta de rebus similibus acquirendis, ex eo quod tales sint, ortum ducatur, an alia ratione nitatur: quæ diffusi capto hoc mihi est: aliud ingenium queratur. Circa jus retrahendi vid. art. 4. seq. verb. num. 39.)

EMPTIO, ET VENDITIO.

ARTICULUS I.

Emptio, & Venditio quoad suum esse, & à quibus, ac de quibus fieri possit, & debeat, vel non.

SUMMARIUM.

- 1 Emptio, & Venditio definitæ, & explicate, ad n. 4.
- 2 Nominè mercis, & pretii quid veniat, ad num. 6.
- 7 Nummus, & pecunia unde dicantur, & in quo differre censentur, ad num. 9.

10 An dentur emptio, & venditio absque numerata pecunia.

11 Pretium unde dictum, quotuplex, & quale, ad numer. 13.

14 Quid licitum vetitumve sit circa pretium in utroque foro, ad num. 25.

26 Qui emere, & vendere possint vel non, quando & quomodo, ad num. 33.

34 Quenam res emi, & vendi possint, ad num. 35.

36 An & quando emi, & vendi possint jura, credita, debita, &c. ac officia publica temporalia, ad numer. 41.

42 An unquam emptio, & venditio fieri queant de rebus spiritualibus & litigiis, ad num. 43.

44 Homo liber qua ætate, à quo, & qua conditione vendi, & emi possit vel non, ad num. 45.

46 An possit vendi servus, ut cum bestiis pugnet.

47 Quam pænam incurrant vendentes arma, equos, & alia ad bellum maxime spectantia, quæ apud Saracenos, & reliquos Christiani nominis hostes performantur.

48 Utrum & quo casu quis teneatur rem suam vendere, vel emere alienam, ad num. 54.

55 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad num. 67.

EMPTIO est pactio pretii pro merce. Venditio est pactio mercis pro pretio; l. 1. ff. de contrahenda emptione. Vel emptio est contractio rei pro pretio. Venditio vero est distractio rei pro pretio; lib. 2. Cod. de rescindenda venditione. Sensus integer, & clarus definitio est iste: Emptio, & venditio est contractus mutuo consensus inuito ulro, citroque obligatorius de determinata merce pro determinato pretio, & est contra de determinato pretio pro determinata merce tradenda. Est in re communitis; arg. cit. leg. 1. ff. de contrahenda empti. & vend. Dicitur primo contractus mutuo consensus inuito, quia emptio, & venditio essentialiter perficitur mutuo consensu de tali pretio pro tali merce, dando, & accipiendo, non enim requiritur actualis traditio pretii pro merce, & est contra, sed solus sufficit mutuos contrahentium de hoc faciendo consensus, textu expresso Instit. de empti. & vendit. in princip. ibi: Emptio, & venditio contrahitur simul atque de pretio convenerint, quomodo nonnumquam pretium numeratum sit. Dicitur secundo ulro, citroque obligatorius, quia uterque contrahentium ex tali contractu obligatur, emptor quidem ad tradendum pretium conventum, venditor autem ad tradendam mercem venditam; l. Ex empto 1. §. 1. ff. de action. empti ibi: Cum nihil magis bonæ fidei congruat, quam id præstari, quod inter contrahentes actum est. Dicitur tertio de determinata merce pro determinato pretio, & est contra de determinato pretio, pro determinata merce tradenda, quia ad hoc ut valeat emptio, & venditio, debet determinata merces pro determinato pretio vendi, & emi, aliter nullus erit contractus, l. Quod sæpe 35. §. 1. de contrahenda emptione. Nominè autem mercis venit quælibet res pretio æstimabilis, sive sit mobilis, sive immobilis, sive sit actio, sive jus, sive officium, sive hujusmodi; l. Si in emptione 24. §. Omnium 1. ff. de contrahenda emptione. Nominè vero pretii venit solus nummus, seu numerata pecunia; §. Item 2. Instit. de empti. & vendit. ibi: Pretium in numerata pecunia consistere debet. Pretium enim definitur, quod sit pecunia valori rei commensa.

Nummus à Numa Rege, qui nummos primum apud 7 latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit, vocatum tradit Isidor. lib. 16. Origin. cap. 17. ut refert Calvinus verb. Nummus, ubi infra subjungit: Quid tamen, si vocem latinam à verbo & ipso latino derives, nempe à numero; nam nummi functio, non minus, opinor, numero constat, quam pondere. Pecunia vero ex S. Augustino relato in cap. Tuam 6. caus. 1. quart. 3. dicta est à pecoribus, ibi: Ideo autem pecunia vocata est, quia antiquorum quod habebant in pecoribus habebant. Unde nummi appellatio strictior est quam pecuniæ; l. Litigatores §. Quod ait Prætor, de arbitris; tit. 1. de contrah. emptio, Calvin. loc. cit. Ubi nummus, seu pecunia non intervenit, sed res una altera, merx pro merce datur, permutatio, vel alius contractus, non autem emptio, & venditio erit; arg. l. Origo 1. ff. de contrahenda emptione. ubi etiam

etiam emptiois, & venditionis nummi seu pecunie, & pretii origo narratur his verbis: "Origo emendi, vendendique à permutacionibus cepit. Olim enim non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur; sed unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit: sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, vicissim habere, quod tu accipere velles; electa materia est (pecunia seu nummus) cujus publica, & perpetua æstimatio difficultatibus permutacionum æqualitate quantitas subveniret: Eaque materia, forma publica percussa, usum, dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate; Nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur."

11 Pretium id appellari Varro auctor est, quod æstimacionis, emptiois causa constituitur, dictum quasi peritum, quia statui debet ex opinione communi eorum, qui istarum rerum periti sunt, non prout cuique videtur. *Geod. ad Leg. Hæc verb. 192. num. 2. ff. de verb. signific. Revard. leg. Imaginar. venditio, ff. de Reg. Juris, Calv.*

12 verb. Pretium, Pretium generaliter loquendo est duplex, scilicet legitimum, seu legale, & naturale, seu vulgare. Legitimum, seu legale, sic dictum à lege, est illud, quod à lege publica, seu decreto utriusque, vel magistratus habentis ad id potestatem, omnibus prudenter, & attente consideratis, pro communi totius reipublice bono taxatur. Pretium naturale, seu vulgare est, quod non à lege publica, seu decreto principis, aut magistratus, sed communi ac prudenti hominum æstimacione constituitur, considerata non solum ipsa rei natura, sed etiam ejusdem utilitate, vel necessitate, abundantia, vel penuria, ipsaque hominum affectione, *arg. leg. Pretia rerum 63. ff. ad l. Flacid.* Quia tamen diversa est hominum opinio, & consequenter diversa rei æstimatio, hinc hoc pretium non consistit in indivisibili, seu in certa, ac determinata pecunie quantitate, uti pretium legitimum, seu legale, sed patitur latitudinem pretii infimi, seu pii, pretii medi, seu moderati, & pretii summi, seu rigorosi; quod idem est ac dicere, quod pretium naturale, seu vulgare dividitur in infimum, seu pium, in medium, seu moderatum, & in summum, seu rigorosum. Pretium infimum, seu pium est infra quod non potest juste res emi. Pretium summum, seu rigorosum est supra quod non potest juste vendi. Pretium medium est supra quod juste potest vendi usque ad pretium summum, & infra quod potest res juste emi usque ad pretium infimum. Quantam autem latitudinem patiatur hoc pretium naturale, seu vulgare ob varia hominum judicia, nequit omnino certa & determinata mathematica regula statui: Hoc solum certum videtur, nempe res pretiosiores majorem pati latitudinem, & viliores minorem; Unde si pretium rei medium sit 10. summum erit 11. cum dimidio, & infimum 8. cum dimidio, & erit latitudo trium graduum; Si autem medium sit 100. summum erit 105. & infimum 95. & erit latitudo decem graduum; Et sic proportione servata regulanda sunt pretia; sed semper cum dependentia à Judicio prudentis consideratis circumstantiis, seu prout in foro, & communibus negotiationibus sine fraude apparet.

14 Quodvis trium horum pretiorum justum est ac licitum; Unde quoad emptio, & venditio sit intra limites pretii summi, & infimi, est justa, & licita in utroque foro, quamvis eadem res specifica ab aliis infimo, ab aliis medio, & ab aliis summo pretio vendatur, & respective ematur. *Scotus in 4. dist. 15. quest. 2. art. 2. Navarr. in Manual. cap. 23. num. 7. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 1. num. 4. & communis aliorum.* In foro conscientie omnis venditio notabiliter excedens pretium summum, seu rigorosum, & omnis emptio non attingens pretium infimum, seu pium, est injusta, & illicita, & pro restitutionem ad æqualitatem reducenda. *S. Augustinus lib. 3. de Trinitate, cap. 3. S. Thomas quest. 77. art. 1. Scotus in 4. dist. 15. quest. 1. S. Antonin. part. 2. tit. 1. cap. 16. §. 3. & communis aliorum, & colligitur ex Levit. cap. 25. num. 14. ibi: Quando vendas quidpiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum; & ex*

Apostolo 1. ad Thessalon. 4. ibi: Ne quis supergrædatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum, quoniam vindeus est Dominus de iis omnibus. Unde S. Augustinus. *loc. cit. ait, Velle vili emere, & caro vendere, utrumque vitium est.* Nec faciunt contra nostram conclusionem legislacionibus in emptioe, & venditione se invicem circumvenire, seu decipere, & quod res tanti valet, quanti venti potest, juxta vulgare Juristarum dictum; Quia statim responderetur hoc totum verum esse intra limites justii pretii, ita ut venditor rem summo pretio vendere, & emptor infimo pretio emere possit, ut recte respondit Lessius *lib. 1. cap. 21. dub. 1. num. 13. Reginald. lib. 25. num. 399. Covarrub. lib. 2. var. res. cap. 3. num. 2. Navarr. cap. Qualitas num. 45. de panit. Layman loc. cit. num. 5. Reiffentuel loc. cit. num. 122. & alii.* Vel responderetur, quod hoc est permissum, seu toleratum solum in foro externo, in quo, ut mox dicetur, non puniuntur contrahentes se invicem circumvenientes, seu decipientes, nec datur actio contra illos, nisi sit læsio ultra dimidium; Non autem in foro conscientie, nam in conscientia nemini licet proximum suum ne in obolo quidem decipere. *Sporer tom. 2. tract. 6. cap. 5. sect. 1. n. 27. Molina tom. 2. disp. 349. Castrop. de justit. commut. disp. 1. punct. 17. n. 4. Lugo disp. 26. n. 82. Reiffentuel loc. cit. n. 122. & alii.*

In foro externo utroque Jure, tam civili, quam canonico (ob vitandam litium multitudinem, cum quasi connaturale sit homini velle vili emere, & caro vendere) permittitur, & toleratur rem quovis pretio emere, & vendere, dummodo ex parte alterius non fiat læsio seu deceptio ultra dimidium; non enim conceditur actio contra deceptorem, nisi alter ultra dimidium justii pretii sit deceptus, taliter quod neque dimidium justii pretii partem deceperit, ut si merx, quæ justo suo pretio valebat 10. aureis, fuit empti minus quinque aureis, vel vendita plus quindecim aureis, tunc enim competet contrahenti decepto actio adversus deceptorem, ut vel rescisso contractu mercem restituat, restituito ei pretio, vel stante contractu, justii pretii defectum supleat; sic habetur *leg. 2. Cod. de rescindend. vendit. & cap. Cum dilecti 3. & cap. Cum caus. 6. de emptioe, & vendit.* Quamvis autem per mox citata jura beneficium illud rescindendi contractum ob deceptionem ultra dimidium justii pretii, expresse soli venditori decepto reperitur concessum; tamen per æquiparationem etiam emptori decepto concessum intelligendum est, si ultra dimidium justii pretii deceptus sit. *Sic communis Doctorem;* ut tenent, & testantur *Sporer. loc. cit. num. 28. & Layman loc. cit. num. 6.* Sic etiam quamvis non sit modica controversia, quomodo dimidium justii pretii computandum sit in emptore decepto, ex quo Abbas in *cit. cap. Cum dilecti 3. de emptioe num. 2. Fachinc. part. 1. lib. 2. contron. cap. 16. Arius Pinellus part. 1. cit. l. 2. cap. 3. & alii velint, quod emptor deceptus sit supra duplum, id est plus duplo solverit, quam solvere debuerat, v. g. supra aureos 20. si justum mercis pretium fuit 10. Tamen communis aliorum Doctorem sententia apud *Molin. tom. 2. disp. 349. Layman loc. cit. num. 7. Sporer loc. cit. num. 28.* tenet eodem modo, sicut in decepto venditore, ita etiam in decepto emptore dimidium computandum esse cum ordine ad justitiam pretii; ut si merx pretio summo valebat 10. aureis, & emptor solvit supra quindecim, contractus rescindendus sit, vel excessus justii pretii sit restituendus emptori decepto.*

Pretium legitimum, seu legale juste taxatum obligat omnes in utroque foro, & ipsum malitiose transgredientes, tam in emendo, quam vendendo peccant contra justitiam, & tenentur ad restitutionem. *Certa, & communis.* Et ratio est, quia lex à superiore legitime jure lata obligat etiam in conscientia, juxta illud *Apostoli ad Rom. cap. 13. num. 2. dicens: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, & mox infra num. 5. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam;* ubi notanda est illa particula: *Propter conscientiam;* id est ut explicant Commentatores: *subditi estote non solum metu panarum, non solum propter iram; sed etiam ne peccatis, sed etiam propter*

18 ter conscientiam. Unde *capo Quo jure 1. dist. 8. dicitur: Ipsa jura humana per Imperatores; & Reges seculi Deus distribuit humano generi.* Atque *ideo Generale pactum est societatis humane obedire Regibus sicut ut dicit S. Augustinus lib. 3. Confess. cap. 8. ac referunt in cap. Quo contra 2. dist. 8. Et lex juste lata in materia violata justitiae per vulgaria Juris, & communem Doctorem exigit restitutionem. Pretium juste taxatum observare tenentur etiam peregrini, nisi specialiter eximantur; *Communis; & certa.* Et ratio est, quia pretium mercibus statutum pertinet ad contractus, & ratione contractus forum regulariter quis sortitur; *cap. Licet 29. de foro competentis. (Vid. verb. Forum.)**

19 Si manifeste constet pretium indebite, irrationabiliter, ac injuste taxatum esse, nemo in foro conscientie illud observare tenetur. *Layman loc. cit. num. 3. Molina loc. cit. disp. 364. num. 3. Lessius lib. 2. cap. 12. num. 14. & alii communiter;* & ratio est, quia talis lex injuste taxans pretium utpote injusta nullam in foro conscientie obligationem parit, cum ad hoc, ut lex obliget in conscientia, debeat esse justa, honesta, & convenientis; textus expresso in cap. *Erit autem Lex 2. dist. 4. Hinc inferunt, quod si magistratus vel ab eo deputati ex odio, vel passione, aut numeribus corrupti, vel errore, seu ignorantia seducti, pretium rerum injuste determinent; ut si pistori bus v. g. taxetur pondus panis non secundum proportionem valoris tritici; aut si lex jubeat, frumentum superveniente sterilitate, eodem pretio vendatur, quo ante vendebatur, cum esset frumenti copia, & hujusmodi, tunc potest taxa tuta conscientia transgredi; & reducti ad æqualitatem cum valore mercis. Immo possunt in tali causa venditores, quando alio modo justum pretium obtinere nequeunt, mercibus aliam rem, vel eandem specie, minus tamen bonam v. g. optimo tritico alium mediocre, generoso vino aliud debile, vel etiam aquam, stanno plumbum immiscere, dummodo in modica solum quantitate sufficienti ad seipos reddendos indemnes, & ita fiat, ut nullum exinde detrimentum emptoribus sequatur, & merx adhuc sit idonea ad usum, vel finem, pro quo emptori fit injuria, cum adhuc, uti supponitur, inter mercem, & pretium servetur justa æqualitas, ac justitia commutativa; *Molina loco citato disp. 353. in fine, Layman loc. cit. §. 2. num. 16. Lessius loc. cit. cap. 21. dub. 21. Lopez part. 2. instruct. cap. 42. Gabriel in 4. dist. 14. quest. 10. art. 3. dub. 1. Silvest. verb. Emptio quest. 19. Bonacina disp. 3. de restit. quest. 2. punct. 4. num. 7. & punct. 6. num. 17. Lugo, Conrad. & alii passim.* Requiritur tamen semper, quod certo, & manifeste constet pretium esse injuste taxatum; quia si solum sit dubium, an taxatio pretii sit justa, nec ne, tunc non licet taxatum pretium transgredi, quia tunc presumendum est, legem taxativam esse justam, eique standum est etiam pro foro interno, eo quod universaliter in dubio presumptio stet pro superiore; *arg. cap.**

Quid culpatur 8. caus. 23. quart. 1. & ibi Gloss. verb. Sacilego, & sic tenet communis Doctorem teste *Molina disp. 364. num. 5.*

Advertat hic prudens Confessarius, ne huic ad hærendo opinioni præbeatur venditoribus ansa vitandi merces, eisque alias non bonas quandoque plus æquo immiscendi; nam præter fraudem, quæ in tali mixtione committitur in damnum emptoris, quæve nunquam est licita, opponitur etiam illi, quæ Deus præceperat *Deus 25. Vid. P. Paul. Gabriel Antoine moral. tom. 1. tract. de contractibus, quest. 1. cap. 5. Addo, ipsum quoque Constantinum Roncagliam, qui dixit, posse Confessarium permittere venditoribus, ut aliquid diminuant de quantitate, quando pretium taxatum est evidenter injustum, nihilominus in hoc valde cautus vult esse Confessarios ob rationes, quas affert in fine capituli 5. dist. tract. 13. de contract. num. 2.*

Emptio, & venditio potest fieri ab omnibus, qui jure non prohibentur. *Communis, ac certa, arg. cap. Jam nunc 8. caus. 28. quest. 1. cap. 1. de Procuratoribus in 6. & juxta illud vulgatum axioma Glosse marginalis in cap. Inter corporalia 4. de translat. Episcop. verb. Non invenitur; ibi: Concessum intelligitur, quod expresse non prohibetur. (Vid. leg. 27. ibi: fasta seis meses: tit. 5. 16. tit. 6. part. 1. Potest emere, & vendere qui contrahere, leg. 2. tit. 5. part. 5. Vide etiam tit. 11. ejusd. part. ubi de stipulationibus agit.) Emere tamen, & vendere solius lucri, & negotiationis gratia nequeunt Clerici, quia omnis negotiatio solius lucri causa Clericis est prohibita; *cap. Consequens 2. cap. Episcopus 3. cap. Prælatum 4. cap. Canonum 3. cap. Si quis 4. & cap. Quicumque 9. caus. 14. quest. 4. cap. Clerici Officia 15. de vir. & honest. Clericor. cap. Cum multa negotia 1. Ne Clerici, vel Monachi, & cap. Secundum 6. eod. tit. & Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 1. Dicitur autem notanter solius lucri, & negotiationis gratia, quia ob suam, vel suorum necessitatem emere, & vendere valide, & licite possunt; sed de his vide verb. Clericus art. 3. per tot. (Lit. A pag. 234. col. 1. in fin.) Item provincialium, & locorum Gubernatores, Præsides, Rectores, Vicedominii, Præsides, & eorum officiales, ac ministri in ipsis locis, in quibus jurisdictionem exercent, emere non possunt nisi necessaria ad victum, & vestimentum, & usum quotidianum, ne videlicet horum potentia, & auctoritate plebei, & inferiores terrefacti, coacti potius, quam libere contractus ineant, non sine magno reipublice detrimento; *l. Unio. Cod. de contract. jud. junct. l. Principalibus & l. Præsidis, ff. si certum petatur, l. Non licet, l. Qui in officiis ff. de contrahend. emptioe, l. Aufertur, §. Quod à Præside, ff. de Jure Fisci.* Hodie tamen tales leges videtur contraria consuetudine abrogatæ, cum fere ubique vigeat praxis, quod omnes supradicti non minus, ac alii libere emant, & vendant. Item Administratores rerum alienarum de jure nec per se, nec**

Ab omnibus, quibus non prohibetur, posse fieri venditionem inconcussè sustinere: idem majoribus viginti quinque annorum, & sui juris nullum videtur impedimentum præstari, ut eorum contractus effectum sortiantur, verum notabilis cum sit decisio, per quam personis propriè Indicis, & sic qualificatis, mobilium, prout immobilium rerum suarum venditio vetatur, nisi in publica subhastatione facta fuerit, Judicis auctoritate, vel ejus obtenta licentia, si bona assignata quantitate haud attingant, palam efficitur: (1) quare hujusmodi personæ, ceu minores in hac peninsula considerationem non effugiunt, nam hisse sua alienare sine Judicis decreto, & prædicta subhastationis solemnitate, præsertim in immobilibus, haud permittitur. (2)

(1) *L. 27. tit. 1. lib. 6. Ind.* Quando los Indios vendieren sus bienes raíces, y muebles, conforme à lo que se les permite, traiganse à pregon en almoneda pública, en presencia de la Justicia, los raíces por termino de treinta dias, y los muebles por nueve dias; y lo que de otra forma se rematarse sea de ningun valor, y efecto; si pareciere al Juez, por justa causa, abreviar el termino en quanto à los bienes muebles, lo podrá hacer.

(2) *L. 60. tit. 18. p. 3.* Porque las cosas de los huérfanos que son raíz, non se pueden ligeramente enagenar, fueras ende por debda, ó por gran pro de los huérfanos, asi como mostramos en el titulo que fabla dellas. E aun estonce debese hacer con otorgamiento del Juez del lugar, andando la cosa publicamente en almoneda treinta dias: *L. 4. tit. 5. p. 5.* Tutores non llamados en latin los que son guardadores de los menores de catorce años. E estos atales non deben enagenar las cosas de los huérfanos, fueras ende quando les fuesen tan gran menester que non podrian al hacer, ó por gran pro dellas, é estonce se ha de hacer con muy gran sabiduria, é con otorgamiento del Juez del lugar. (Pero decimos que ninguno de los guardadores non pueden comprar ninguna cosa de las que fueren de aquel que tienen en guarda, fueras ende, si lo hiciese con otorgamiento del Juez del lugar, ó de alguno otro que lo oviese otrosi en guarda tambien como él:.)

per alium emere possunt res illas, quas administrant, nisi id eis specialiter concedatur. *l. Non licet 46. de condi. 30. trah. empt.* Item tutores, & curatores, prohibentur emere bona pupillorum & minorum, quae administrant; *l. 34. §. fin. ff. de contrah. empt. leg. Pupillus §. fin. de auct. 31. tutor.* Possunt tamen tutores, & curatores talia bona emere, & vendere cum auctoritate Judicis, & interven- tu propinquorum eorum pupillorum, & minorum; *l. Pu- pillus 5. §. 2. §. seq. ff. de auctor. tutor.* Sicuti etiam emere possunt a pupillis illi tutores, qui non habent admi- nistrationem eorum bonorum, cum in ipsis non adsit oc- casio, & commoditas illos decipiendi, textu expresso in *l. Tutores 6. ff. de auctor. tutor. ibi: Tutores, quibus administratio decreta non est, tamquam extraneos, recte a pupillo emere placet.* Emere, & vendere non possunt pu- pilli, & minores, nisi accedat auctoritas Judicis, & consensus tutorum, seu curatorum; *leg. Quamvis 32. ff. de acquir. & amittenda possessione.*

(Praeterea, quae in add. hisp. inserta inspicuntur, in maiorem praecedentium comprehensionem, utpote eam- dem doctrinam astruunt, videatur *lex unie. tit. 2. lib. 5. 15. tit. 19. lib. 8. Ordin. Reg. 2. tit. 1. lib. 2. Rec. Cast. A. rem lex 24. iud. tit. 24. tit. 12. seq. lib. tit. A. p. 85. ad 87.*)

34. Omnis res humano commercio subiecta emi, & ven- di potest, nisi specialiter prohibeat, textu expresso in *leg. Si emptio 34. §. 1. de contrah. empt. ibi: Omnium rerum, quas quis habere, vel possidere, vel prosequi potest, venditio recte fit. Quas vero naturae, vel gentium jus, vel minor civitatis (adde, vel jus diinum, civile, cano- nicum, aut statutum locale, ut cum aliis recte Azor- nis lib. 7. cap. 15. num. 2.) communi exuerunt, eorum nulla venditio est.*

(Si leges tit. 5. part. 5. vertuntur, praecedens assertum comprobatur animadvertitur: satis comprehenditur, cum inibi omnia, quorum venditio non subsistit, referantur; verum (vid. *lit. A. pag. 230. vers. Axioma:*) enim vero, re sic distincte non cogitata, erit hujus doctrinae argumentum, quod in republica de legato observantiam retinet, nam de omnibus rebus quae in hominum potestate *leg. 20. tit. 11. p. 5.* esse valent, stipulatio sustinetur: legatum nominis *leg. 15. tit. 9. part. 6.* pariformiter, idcirco nemini dubitatio erit, in emptionis contra- ctu debitorum nomina deduci posse. *Consonat lex 34. tit. 5. part. 5.* ubi jus alicui competens emi, & vendi declaratur.)

35. Hinc emi, & vendi possunt omnes res, sive immo- biles; *cit. leg. Si emptio, & communis Doctorum.* Item emi, & vendi possunt nomina, id est, jura, seu actiones, credita, debita, chirographa, etiam ignorante, & in- vito debitore, textu expresso in *leg. Nominis 3. C. de hereditate, & actione vendita, ibi: "Nominis venditio etiam ignorante, & invito eo, adversus quem actiones man- dantur, contrahi solet;" & concordat *l. Nomina 17. ff. de hereditat. & action. vendit. ibi: Ea enim res est, quae emi, & vendi potest.* Dummodo tamen talia nomina, seu jura, credita, & hujusmodi sint certa, ac liquida, & liti nondum subiecta, nam incerta, illiquida, aut litigiosa vendi & emi non possunt; *l. Lite pendente 2. leg. Qui- cumque 1. leg. Censemus 4. Cod. de litigiosis, & tot. tit. de rebus litigiosis. (L. 13. tit. 7. p. 7.)**

Quamquam ad questionem utrum hac de causa ordinationes viam suam amiserint, sed abrogatae iudicentur, se offert occasio, quod nostro juri adversatur (1): dumtaxat inseritur, omnibus jurisdictionem exercentibus, loco- que jurisdictionis, familiis, nisi necessaria pro victu, & vestitu esse prohibentur, emptiones per se, vel per alium perferre, aliasque negotiationes exercere (2): quod quidem ultramarinis ditionibus severius demandatur, quia de Praesidentibus, Auditorumque sigillatim fando Praetoribus, nuntiandi prohibito omnes comprehendit, absque eo quod a simili prohibitionem mulieres, & eorum filii excludantur (3).

(1) Vid. *verb. Forum, in add. hisp. vers. In memo- riam:*

(2) *Consonat lex 5. tit. 5. p. 5. ibi: Non puede comprar hereditario, ni casas él, ni otro por él. Ni orrosi nin- guno de su compañía: Fuera de ende las cosas que non podrian excusar: para comer, ó para beber, ó para ves- tir. Pero: que obiese heredado: ó ganado en otra mane- ra ante que le obiesen escogido para este oficio, bien la*

Officia publica temporalia, ut Praefecti, Cancellarii, Consilarii, Judicis, Scribae, Tabellionis, & hujusmo- di, spectando leges positivas humanas vendi, & emi non possunt; Ita clare patet *Novella 8. cap. 7. leg. Nemo, Cod. Quae res vendi non possunt, leg. 14. Cod. de re militari;* & ratio est, quia hujusmodi venditio, & emptio solet esse reipublicae perniciosissima, cum sic ad officia applicentur non qui idonei, & digni, sed ditiores plus offerentes, quamvis aliunde inepti, & incapaces existant, qui una semel; quod officium per pecuniam sunt adepti, omnibus modis per fas, & nefas student pretium expensum recuperare, quotidie justitiam sui officii violantes: sic docent Joannes Medina, Adrianus, & alii apud Card. de Lugo *tom. 2. disp. 34. sect. 3. n. 24. verb.* Secunda sententia. Supradictis tamen legibus posi- tivis non obstantibus, ubi legitima introducta est consu- etudo, valide ac licite talia officia publica temporalia vendi possunt, dummodo non licite vendantur, serventur quaedam conditiones mox assignandae: Ita D. Thomas in *Epistola ad Ducemam Brabantiae opuscul. 21.* à qua de hoc dubio interrogatus fuerat, Covarr. in *Manuali cap. 15. num. 7. La Croix lib. 3. part. 2. num. 991. Azo- ris part. 3. lib. 8. cap. 7. Castro palao de justitia commut. disp. 5. punct. 18. num. 31. Thomas Sanchez leg. 2. conit. cap. 1. dub. 37. Vasquez opus. de benefico. cap. 2. §. 3. dub. 14. Turrianus disp. 23. dub. 2. Diana tom. 2. tract. 5. miscell. resolut. 108. Cajetanus, Silvester, Armilla, Ros- sella, Navarra, Paludan, Salonius, Aragonius, Sotus, Tanetus, Silvius, Rebellus, Filiolius, & fere communi- nis aliorum, & ratio est, quia contra leges positivas hu- manas valida, & licita est consuetudo legitime introducta: *cap. Cum tanto 11. de consuetudine.**

Conditio autem, quas, ut talis venditio licite fiat, assignant praedicti Doctores, sunt sequentes. Prima ut sit auctoritas in vendente. Secunda ut vendatur dignis. Tertia ut non vendatur pretio adeo excessivo, ut necesse sit emptorem officio abuti, ut pretium solum sibi compenset. Quarta ut id fiat ob reipublicae necessita- tem, cui aliter consulti bene non possit. Quinta addit Vasquez, ut hi officiales suis temporibus examinentur, & visitentur, ut constet, an recte sua officia exercent, Denique addunt aliqui, officium Judicis nunquam posse licite vendi, ut cum Soto, & aliis fatetur idem Vas- quez, & idem cum aliis, quos affert, sentire videtur Sanchez *loc. cit. num. 5.* Non desunt tamen magni nomi- nis Doctores, qui sustineant, non solum principes su- premos posse valide, & licite servatis supradictis condi- tionibus talia officia temporalia vendere, sed etiam valide & licite posse id facere alios inferiores de licentia prin- cipis expressa vel tacita, quae tacita facultas praesumi- tur in multis casibus, quos enumerat Sanchez *dict. cap. 1. dub. 38. à num. 10.* Unde circa hoc standum esse legitime cujusque regni, & provinciae introductae consuetudini, *arg. cit. cap. Cum tanto 11. de consuetudine.* Dummodo tamen per abusum vendendi talia officia personis minus idoneis, & pretio excessivo, non sit consuetudo induc- tiva culparum per quotidianas fraudes, & injustitias in nimium reipublicae detrimentum; talis enim consuetudo nulli, & nemini, quantumvis principi supremo li- ceret, cum verius dicenda esset corruptela; *cit. cap. Cum tan-*

puede vender: Idem *Lex 9. tit. 15. lib. 2. Ord. Reg. 2. tit. 6. lib. 3. Recop. Cast.*

(3) *L. 66. tit. 16. lib. 2. Ind.* Declaramos que la prohibicion de tratar, y contratar los Virreyes, Presidentes, y los demas Ministros de las Audiencias, comprehende a sus mugeres, & hijos que no fueren casados, y vela- dos, y vivieren á parte.

tanto, ibi: Quicumque consuetudine, qua dicenda est ven- tus in hac parte corruptela.

(Omni tempore similia emere munera, fuit in his- pania vetitum, sic per *Condit. 20. §. gen. Mill. leg. 7. tit. 7. lib. 6. 7. & 8. tit. 2. 7. tit. 3. lib. 7. & Auct. Acc. 5. tit. 9. lib. 3.* ad rem *lex 18. tit. 26. lib. 8. Recop. Cast.* animadvertitur determinatum; verumtamen, cum neces- sitates non persederent, non solum in hac peninsula, sed etiam in americanis ditionibus fuit visum opportunum omnia vendere quae directis justitiae administrationem non concernerent. Videantur *leges tit. 20. & 22. lib. 8. Indiar.* quae quidem proximè ab Auctore proposita, si haec perlegas, junctis expositis à DD. Joanne de Solor- zano, de *Indiar. gubernat. lib. 5. c. 1. ex n. 100. & lib. 6. c. 13. in sua Politica* corroborata reperitur; hodie mihi vi- detur, si fallor, suam vim praedictas decisiones retinere.)

Emptio & venditio fieri nequit de rebus mere spiri- tualibus, aut spiritualibus annexis; quia talis ven- ditio esset simoniacae, *ex cap. Altate 14. & cap. Si quis 15. caus. 1. q. 3.* Idem est de rebus sacris, seu sa- cratis quae talibus. Concordat *Jus civile Leg. Sed Cel- sus 6. leg. Hanc legem 22. leg. Litera 51. de contrahend. empt. juncta l. Sancimus, C. de sacrosanctis ecclesiis;* & clarius patet *verb. Simonia.* Item emptio, & venditio fieri nequit de rebus litigiosis, ut clare patet *ex toto titulo de rebus litigiosis, & l. Pendente 2. l. Quicum- que 3. & l. Censemus 4. Cod. de litigiosis.* Homo liber vendi, & emi non potest; *l. Si emptio 5. Omnium rerum, ff. de contrahend. emptio. §. 1. Instit. de inutil. stipul. nisi tamen major 25. annis consentiat; §. 4. Insti- tut. de Jur. personarum.* Vel nisi sit filius, qui à patre in summa paupertate victus causa vendatur; quia in *tit. 3. Cod. de patribus, qui filios distraxerunt* conceditur patri, quod propter nimiam paupertatem, egestatemque victus causa filium, sibi licite vendere possit. Quod ipsum etiam de jure naturali licitum videtur prout recte ad- vertunt Covarr. *lib. 3. variur. resolut. cap. 14. num. 4. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 26. num. 27.* & alii pas- sim. Et ratio est, quia proles post Deum maxime obligatae existunt patri, unde naturae omnino conveniens re- putatur, ut proles ad conservandam vitam patris, li- bertate privari se sinat. Item nequit à domino vendi servus, ut cum beatis pugnet *L. Circumcidere, ff. ad l. Corneli. de Sycariis; l. Domini ff. de contrah. emptio. l. 7. Junia, ff. de committionibus.* Arma, Equi, lignamina, funes, & alia hujusmodi nequeunt vendi & deferri ad Saracenos, Turcas & alios Christiani nominis hostes, & id facientes quicumque sint; incurrun excommunicationem.

(Perlevis quae praecipitur *leg. 80. styli. tit. 15. lib. 4. 8. tit. 10. lib. 3. For. Reg. 8. tit. 17. p. 4. 15. tit. 5. p. 5. litera A. pag. 109. vers.* Quamquam: 13. tit. 7. p. 3. lit. A. pag. 62. num. 1. atque pag. 229. vers. Non solum: post n. 32. praeposita confirmantur.)

Ordinarie loquendo nemo invitus cogi potest ad vendendam rem propriam, vel emendam alienam; *leg. Invit. 11. Cod. de contrahend. emptio. leg. Nec emere 16. Cod. de Jure deliberandi, & communis Doctorum.* Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus potest quis cogi à legitimo superiore ad vendendam rem propriam justo pretio. Primus casus est ob publicam necessitatem, vel inopiam v. g. frumenti, aliorumque victualium ad quotidianum usum, tunc enim cogi possunt cives à magistratu ad vendendum justo pretio; *arg. l. 1. §. Cura carnis ff. de Offic. Praef. Urbis l. Civitatem 2. Cod. Ut nemini liceat, l. 14. §. 18. Cod. de operibus publicis.* Et in tali casu publica necessitatis cogi possunt ad talem venditionem etiam Clerici non quidem à Judge laico, sed à proprio suo ecclesiastico; *Sacra Cong. Imm. in Neapolitana 10. Nov. 1694. In Casaloni 12. Febr. 1695; In Neocastren- sium 1. Dec. 1696. Secundus casus est ob bonum pub- licum, aut favorem religionis, v. g. si fundus personae privatae necessarius sit pro constructione vel ampliatione civitatis, arcis, vix publicae, Principis palatii, templi, monasterii, collegii, hospitalis, & hujusmodi, *arg. l. Si lo- cus 5. Cum via ff. Quenamodum servitus amittatur, l. Si quis Sepulcrum 12. de Religiosis, & sumptibus funerum, &**

sic communis Doctorum. Tertius casus est, si duo commu- nem servum habeant, quorum alter velit emere liberat- tis favore, si adsit, qui redimere velit: *l. 2. Cod. de communi servo manumittendo.* Quartus casus est, quando dominus nimis severe, ac inhumane tractat servum suum, tunc enim cogi potest eum vendere; *§. 2. Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni Juris.*

Dantur etiam aliqui casus, in quibus potest quis cogi ad emendum; maxime quando id exigit bonum commune reipublicae; sic possunt cives cogi ad coemendandum frumentum, & alia vitae necessaria ob evitandam communem inopiam. Item possunt sic cogi cives, dum timetur obsidio civitatis. Item possunt subditi cogi ad emenda instrumenta, sicut & alias res, sine quibus nequeunt satisfacere officio, obedientiae, vel obligationi sibi incumbenti. *Ira Doctores communiter. (Vid. lib. B pag. 410. num. 3. lit. E. pag. 153. num. 53. ibique add. hisp. nov. iterum perlege leg. 3. tit. 5. p. 5. prop. fin. vid. verb. Arma, & Bellum.)*

Contractus emptiois perficitur ex mutuo consensu de tanto pretio pro tali merce, ut ait *Auctor num. 2. (leg. 6. & 10. tit. 5. p. 5.)* Quid autem si contraheutes, dum hunc praestiterunt consensum, reservaverint aliqua pacta postea concordanda; Num perfectus nihilominus dici queat contractus? Affirmat & quidem etiam ipsi contra- hentes discordaverint postea circa pacta illa, quae utpote respicientia accidentalibus ipsius contractus, nequeunt obesse ipsius perfectioni resultanti ex praefato consensu. Discordia vero illa contrahentium arbitrio boni viri dirimi- enda est, ut respondit *Rota in Colonia. venditionis 12. Junii 1750. §. 7. cor. mem. Caprar. (Leg. 20. tit. 5. p. 5.)*

In foro, ut inquit etiam *Auctor n. 18.* non succurrit venditori, nisi lesio sit ultra dimidium just pretii, idque ex allegata ab ipso *leg. 2. Cod. de rescindend. vendit.* Ceterum, si dicendum quod res est, nescitur quomodo ex hac *leg. 2. Cod. de rescindend. vendit.* regula haec ex- cepta sit, & in foro obtinuerit. Continetur enim in ea non constitutio aliqua generalis, sed simplex rescriptum Imperatorum Diocletiani, & Maximiani; Hi sane con- quereni de venditione facta cum lesione ultra dimidium just pretii, resciperunt vel recipiendam ab ipso esse rem venditam restituito accepto, vel justum pretium ei suppleendum esse. Sed ex rescriptis efformari haud pos- se regulam generalem vim habituram in aliis casibus tritissima res est, & post alios observavit Hilliger. in suo *Donell. enucleat. lib. 1. cap. 5. in notat. lit. D.*

Idque eo vel maxime locum sibi vindicare debeat in specie de qua agitur, propterea quod regula quae ex dicta *leg. 4. Cod. de rescindend. vendition.* efformata est, adversatur Juri naturae, quod aequalitatem in contrac- tibus onerosis demandat.

Sed alias adeo radices in foro praefata regula egit, ut difficulter evelli possit. Optandum tamen esset, ut ea restringeretur intra terminos emptionis & venditionis, de qua loquitur ipsa *Lex 2. Cod. de rescindend. vendition.* nec proraheretur ad alios contractus onerosos obstante Jure naturae, quod ut modo dictum est, & hic est reprimendum, aequalitatem demandat.

Altera in foro invaluit regula, quod emptio, & venditio cum enormissima lesione facta sit nulla. Sed si dolus dans causam contractui bonae fidei, non item in il- lum incidens reddit contractum nullum *leg. 7. ff. de dol. l. 16. §. 1. juncto 1. ff. de minor. leg. 5. §. 2. de Auctor. Tutor. l. 3. §. ult. ff. Pro socio; leg. 1. §. 7. ff. Quorum rerum actio non datur; Voet in Commentar. ad Pandect. lib. 4. tit. 3. num. 3. Bocer. ad leg. 23. ff. de Regul. Jur. cap. 2. num. 15.* non est, quod ex lesione enormissima contractus emptiois, & venditionis nullus esse possit, & quidem etiam lesio haec enormissima dolum re ip- sa contineat, idque quia dolus hic non dat causam contractui, sed incidit in ipsum contractum. *Incidere vero (recte inquit Voet ubi supra) in contractum censetur, quem quis sponte quidem contrahit, sed in modo contrahendi, veluti in pretio, aut alter deceptur.*

Sed hoc parum est. Ex enormissima lesione in foro nulli etiam declarantur contractus stricti juris, ut transac-

tio quando ad legem prescriptum nec dolus dans causam contractui stricti juris, ipsum nullum reddit, leg. 36. ff. de Verb. obligationibus leg. penultim. Cod. de Inutil. stipulatione. § 3.

(Per leg. 5. tit. 10. lib. 3. For. Reg. 220. Styli & leg. 56. § 62. tit. 5. p. 5. jam erat decisum, si ultra dimidium justii pretii in emptione quis fuerit deceptus, vel eam esse rescindendam, vel ad pretium verum reduci debere: sed indubitati juris est, in eis neque tempus, intra quod hac actio seu legis remedium est intendendum, praefinitur, neque alterius contractus fieri mentionem: nihilominus mente retineatur, primo per legem 16. 2. 11. p. 4. inuii videri, ad alios contractus seu conventiones protrahi: secundo, per leg. ultim. tit. ult. p. 6. si ultra dimidium laesio ostenditur, ad restitutionem annos triginta numerari, intraque eos, qui sunt ab alienationis die computandi, restitui laesum debere: tertio, per leg. 6. tit. 16. p. 7. dicitur, pro damno, & interesse doli causa proveniente intra eundem annorum numerum actionem intendendam: his attentis, in aliquam dubitationem animus adducebatur, sciscitarique poterat, num fraude ultra dimidium dictum remedium amplecteretur, atque intra quod tempus sit deducendum? verum enim vero, imposterum disputationi omni aditus ut pracluderetur, per leg. 4. tit. 7. lib. 5. Ord. Reg. § 1. tit. 11. lib. 5. Recop. Cast. decernitur, ad contractus, scilicet locationis, permutacionis, & non dissimiles remedium disti. leg. 56. extendi, etsi in publica auctione celebrentur, simulque constitutum advenitur, extra quadriennium remedium denegandum, praeterquam in casibus, inter alios, dum nolente venditore emptio celebratur, & emptor compulsus, rebus per aestimatores taxatis, eas accipit, aut dum per publicanos de conductis regis redditibus tractatur, nam in eis remedium hoc sine locum habere nequit leg. 5. tit. 7. lib. 5. Ord. Reg. leg. 6. tit. 11. lib. 5. leg. 20. tit. 7. 1. cond. 15. § 16. tit. 9. lib. 9. Recop. Cast. sic comprobatur; Vid. add. hispanie. verb. Laesio. verb. Nec laesio: verb. Restitutio, vers. Neque: & verb. Transactio vers. Absdubio: Perlegatur D. Anton. Gomez tom. 2. cap. 2. per tot. bene hunc tractatum explicans.)

ARTICULUS II.

Quoad ea quae concernunt emptorem.

SUMMARIUM.

- 1. QUANDO rem furtivam emens teneatur restituere: quae expense repetenda: an fructus restituendi; quid si emerit ex pecunia furtiva: quid vero si pretio modico emerit: an possit repetere illud a domino rei furtivae, ad num. 10.
- 11. Agro emptio in quo thesaurus invenitur, istius ad restitutionem non obligatur, nec si quid pretiosum in re vendita noietur, ad num. 14.
- 15. Quid observandum, dum non datur ignorantia majoris rei valoris aut monetae utpote brevi est augendum, ad num. 18.
- 19. Chirographa, & aliena creuita quo pretio emi possunt, & a quibus, ad num. 27.
- 28. Dantur cause in quibus minoris pretio res possunt in emptionem deduci, ad num. 36.
- 37. Deputatus ad rem emendam, utrum possit aliquid retinere, si minus solverit, ad num. 45.
- 46. Novis. Ad ea aliena manu, inseruntur, ad num. 64.

EMENS bona fide rem furtivam, seu alienam tenetur eam restituere domino statim, ac dicit esse suam; l. Mater 3. § 1. Adversus 4. C. de rei vindicatione; & ratio est, quia a fure, cujus non erat talis rei furtivae dominium, non potuit transferri in emptorem, juxta regulam 79. Juris in 6. ibi. Nemo potest plus juris transferre in alium quam sibi competere dignoscitur. Et sic

communior Doctorum. Nec talis emens bona fide rem furtivam restituendo eam domino, potest ab ipso repetere expensum pro ea; Textu expresso in leg. Mater 3. Cod. de rei vindicatione, ibi: Rem tuam a possessore etiam non oblato pretio vindicare poterit; peccat enim graviter, si nollet eam rem restituere nisi a domino refunderet pretium pro tali re bona fide solum; l. Incivilem 2. Cod. de furtis, ibi: Incivilem rem (hoc est, ut explicat Glossa, juri, ac rationi contrarium) desiderat, ut agnitas res furtivas non prius reddatis quam pretium solum fuerit a domino. Curate igitur cautius negotiari, ne non tantum in damna hujusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis. Et sic tenet communis Doctorum cum S. Raymundo, qui lib. 2. Summa tit. 6. de furtis § 7. Sic praecise habet: Si quis emit rem furtivam ignoranter, & bona fide in foro publico, & publice, numquid potest saltem pretium, quod numeravit petere a domino, cum deprendit rem esse furtivam, vel numquid poterit retinere rem, donec pretium sit ei solutum? Respondet non. Immo non tantum rem ipsam furtivam sed & omnes ejusdem rei fructus adhuc extantes, & quos collegit, & consumpsit a tempore cognite rei furtivae & eos, ex quibus jam antea bona fide perceptus factus est ditor, tenetur emptor in utroque foro restituere domino: Sic communiter Doctores, & habetur clare ex variis legibus; & signanter ex l. Certum est 22. Cod. de rei vindicatione, ibi: Certum est male fidei possessores omnes fructus colere cum ipsa re praestare, bona fidei vero extantes; Leg. Senatus consultum 1. Cod. de petitione hereditatis, ibi: Fructus bona fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores extiterint; & concordat l. si rem 22. ff. de petitione heredit. l. Utrum 23. ff. cod. tit.

Emens bona fide rem furtivam, si durante bona fide eam consumpsit, vel vendidit, vel donavit, non tenetur ad restitutionem. Communis cum D. Thoma 2. 2. q. 100. art. 6. S. Raymundus in Summa lib. 2. tit. 6. § 7. ubi sic habet: Bona fidei emptor, si durante bona fide ipsius, perit, restituere non tenetur. Idem credo, si alienavit durante similiter bona fide, & habetur clare ex l. Qui vas 48. § final ff. de furtis, ibi: Quod enim ex re furtiva redigitur, furtivum non esse, nemini dubium est; nummus ergo hic, qui redactus est ex pretio rei furtivae, non est furtivus. Et Instit. l. 4. tit. 17. de Officio Judicis, sic expresse dicitur; Si vero bona fidei possessor fuerit, non habetur ratio neque consumptorium, neque non perceptorum. Si vero emens plus pretii recepisset in venditione, quam in emptione rei furtivae, tenetur id plus, in quo factus esset ditor, restituere domino compendit; leg. Utrum 23. ff. de petitione hereditatis, & communis Doctorum. Emens bona fide rem furtivam probabilis non potest eam reddere furi, si praevideat non esse reddendam domino, etiamsi aliter pretium suum recuperare non possit, sed debet eam restituere domino. Sic Molina disp. 722. Layman l. 3. tract. 4. cap. 17. § 3. num. 24. Covarrub. in Regul. Peccatum, p. 3. num. 3. Castropalao de Justitia commutativa disput. 1. punct. 9. num. 7. La Croix l. 3. part. 2. n. 100. Cajetanus, Medina, Sotus, Armilla, Ledesma, Major cum communiori, & probabiliori aliorum, teste Reiffensuel l. 3. decret. tit. 17. a num. 105. ubi solide defendit hanc opinionem; sicuti facit Molina l. c. Covarrub. l. c. La Croix l. c. solvendo rationes adversariorum; aliique apud ipsos videndi l. c. Revera tamen est etiam probabilis, quod talis emptor possit rem furtivam reddere furi ad pretium recuperandum, & sequi indemnem servandum; Ita Navarr. Manuali c. 17. num. 9. Silvester verb. Restitutio 3. q. 7. Sayrus, Angelus, Alensis, Beja, Petr. Navarr. Vasquez, Turrian, Dicastill. aliique plurimi citati a Lessio lib. 2. cap. 14. dub. 3. Lugo tom. 1. de justit. disp. 17. sect. 2. Diana p. 1. de contractibus res. 69. Haunold. r. 3. num. 260. Hilsung. tit. 4. dist. 3. num. 40. Sporer tom. 2. tract. 4. a num. 121. ubi solide defendit hanc opinionem solvendo rationes adversariorum. Vide ibi.

Emens rem pecunia furtiva, licet acquirat ejus dominium, per textum in leg. 1. § penult. Cod. Si quis alteri, § leg. Si ex ea pecunia 6. Cod. de rei vindicat. tenet

men non obstante rei emptae domino obligatur ad resarciendum omne damnum, ac lucrum cessans tum illi, ab ipso pecunia abstulit, tum etiam venditori, casu quo a quo pecunia evincatur, D. Thomas 2. 2. quest. 73. art. 3. Molina disp. 127. conclus. 2. Covarrub. varior. resolut. lib. 3. c. 3. num. 6. Layman lib. 3. tract. 4. c. 17. § 3. num. 22. & alii passim. Venditor autem non acquirit dominium talis pecuniae furtivae, sed eam debet comparere domino restituere, si adhuc in specie existere. Non tenetur vero restituere, si eam jam consumpsit, vel cum propriis nummis ira commiscuit, ut amplius discerni nequeat; Sive pecunia illa consumpta fuerit, sive propriis nummis commixta, sive extet, sive non extet, ad obligationem tenetur; dominus enim, a quo pecunia illa fuit ablata, dominium rei suae nequaquam perdidit, eo quod ipsi ablata fuerit; unde semper illi est restituenda, si extet apud se: ratio enim exigit, ut si iniuste alteri damnum intulit, aequale ipse subeat damnum; etiamsi nullum ex re aliena habuerit emolumentum; ut colligitur ex D. Thom. 2. 2. quest. 62. art. 6. & videatur etiam Antoine tom. 1. de Just. § jur. cap. 3. quest. 18. Insuper videatur dict. Antoine cap. 5. q. 7. textu expresso in leg. Si alieni 78. ff. de solutionibus, ibi: Si alieni nummi incio, vel invito domino saluti fuerint, manent ejus, cujus fuerint; Si mixti essent, ita ut discerni non possent, ejus fieri, qui accepit; Sic Glossa ibi. & cum multis Layman loc. c. num. 23. Emens rem alienam modico pretio, ut eam restituit proprio domino, qui eandem rem non erat alius reacquisiturus non nisi majoribus expensis, potest ab ipso domino repetere pretium solum, & ipse dominus tenetur in utroque foro ipsum refundere, quia talis emptor utiliter gessit negotium domini, ob quod dominus recompensare tenetur quidquid utiliter in rem ejus alter impenderit; leg. 2. ff. de negotiis gestis. Et sic communis Doctorum; arg. c. Rapina 5. caus. 13. quest. 6. ibi: Rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut cui ablata est reddatur?

Emens communii pretio agrum, in quo scit esse thesaurum, vel similia alia pretiosa, licite emit, & nihil tenetur restituere venditori ignoranti, quia thesaurus ille omnino ignotus, & soli emptori cognitus, revera in communi aestimatione non auget pretium agri, adeoque pretium commune, & vulgare est justum, & licitum, & hoc ipsum inquit Christus recte factum esse Matth. 13. ibi: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit, & pra gaudio illius vadit, & vendit universa, quae habet, & emit agrum illum; & colligitur ex l. A Tutore, ff. de rei vindicat. sic tenet D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. Sotus l. 6. de justit. q. 3. art. 3. Navarr. in Manual. cap. 17. num. 175. Molina disp. 56. Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 15. num. 62. Layman loc. cit. c. 5. nam. 23. Lugo disp. 6. num. 128. Burgh. cent. 3. caus. 72. Sporer tom. 2. tract. 6. cap. 1. num. 175. & cap. 5. num. 70. Bonacina de restitut. d. 1. quest. 2. punct. 6. La Croix lib. 3. part. 2. num. 942. Card. de Luca de emptione disc. 44. per totum, ubi affert decisionem Rotae, Reiffensuel loc. citat. num. 194. & alii passim contra Vasquez, Turr. & alios paucos cum Diana part. 9. tract. 5. resolut. 17. Si emens communi pretio rem mobilem, quod gr. piscem, in quo reperitur aurum, vel aliud quidpiam pretiosum penitus ignotum etiam venditori, non tenetur ad ullam restitutionem venditori, quia invenit in re sua, venditor enim non fuit dominus illius auri, seu alterius rei pretiosae, cum ignoravit omnino ibi talia esse, adeoque nullum habet jus ad aliquid repetendum ab emptore, qui tale aurum, seu gemmam, aliamque rem pretiosam acquirit sibi titulo inventionis in re sua, & non titulo pure emptionis. Ita Sporer loc. cit. num. 179. aliique citati. Emens rem sua, & communi aestimatione valem

si post emptionem cognoscit esse pretiosam, non tenetur aliquid restituere venditori, quia res tanti valet, quam aestimatur communiter, adeoque si rem emit pretio communitate justo aestimato, juste, & licite tali pretio emit. Hinc si quis emit aliquod vas, vel quid simile communiter putatum esse ex vili metallo, & postea reperiat esse ex auro, vel argento, nihil tenetur restituere venditori, quia revera tanti emit, quanti tunc valebat secundum communem aestimationem, a qua desinitur justum pretium naturale, & vulgare rerum. Communis. Secus autem esset, si emptor ante emptionem novisset pretiositatem rei penitus incognitam venditori simplici, & ignaro; tunc enim teneatur emptor manifestare ignaro venditori pretiositatem rei. Hinc si venditor ignarus vendat gemmam pretiosam putans esse falsam, vas argenteum putans esse stamneum, & hujusmodi, emptor conscius majoris perfectionis, & pretii rerum, peccat graviter; & tenetur ad restitutionem, si minoris emit. Venditor enim quamvis actu ignoret valorem rei, tamen nisi aliter exprimat, semper censetur intendere, & velle vendere rem secundum suam pretiositatem, vel valorem justum ei correspondentem. Nec talis emptor conscius majoris valoris rei, qui a venditore ignoratur, manet tutus in conscientia per hoc, quod dicat venditori se velle rem illam sine scrupulo emere, & ideo videat, an velit eam pro tali pretio dare, condonando ei, si quid amplius valeat, & venditor consentiat. Et ratio est, quia venditor in eo casu non condonat libere, & spontanea, sed ex pacto, quia emptor alius non vult emere, unde non est condonatio gratuita, sed cessio onerosa, ut emptor rem emat; sicut mutuatarius promittit usuram, ut obtineat mutuum aliter sibi non dandum. Tam quia hoc modo excusari posset omnis emptio infra justum pretium infimum, interrogando venditorem, an contentus esset tali pretio, condonando ei, si quid amplius res valeret. Immo eodem modo excusari posset usurarius interrogando mutuatarium, an vellet gratis promittere, vel condonare usuram, quae ob mutuum non debentur, ut recte observat Lugo disput. 26. sect. 8. num. 137. & tenet Molina disput. 353. §. Cajetanus, Palatius, Bannes, Salonius, Ledesma, & alii, quos affert, & sequitur Salas dub. 36. num. 3. Sporer tom. 2. tract. 6. cap. 5. num. 69. contra Cajetanum verb. Emptio num. 2. Armillam, & alios apud Salas dict. dub. 36. num. 2.

Qui scientia privata scit brevi pretium augendum, potest licite emere pretio currenti. D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 8. ad 4. Covarrub. in regul. Peccatum part. 2. §. 4. num. 6. Lessius l. 2. cap. 25. dub. 5. Sylvest. verb. Emptio q. 15. num. 16. Castropalao de Justitia commutativa disp. 5. punct. 15. num. 3. Reiffensuel loc. cit. num. 197. La Croix lib. 3. part. 2. num. 938. & alii passim, & clare patet, ex illo Genesis 41. ubi commendatur Joseph, qui pretio currenti emit copiosissimam quantitatem frumenti, ex quo sciverit certo futuram sterilitatem, & consequenter pretium multo augendum. Item si quis scientia privata sciat pretium mercis, seu valorem monetae esse brevi minuendum, vel mercem aliquam, seu monetam esse prohibendam, potest mercem licite vendere pretio currenti, & expendere monetam secundum valorem praesentem; & ratio est, quia valor justus est valor publicae currentis secundum communem existimationem, vel secundum taxationem legis, & non secundum privatam cognitionem, seu existimationem unius: Unde cum in tali casu adhuc duret valor communis antiquus, vel communis existimatione, vel ex taxatione legis, ex quo lex prior nondum sit revocata, licite sine ulla injustitia potest mercis vendi, & moneta expendi suo pretio, & valore praesenti. Dicitur tamen notanter scientia privata, quia communis Doctorum cum Cardinali de Lugo tom. 2. disput. 26.

Thesaurus, pretiosave alia in agro venditor reperta minime adquiruntur emptori: ad regiam gazam non spectare, nullus audebit asserere. (1)

(1) Vid. verb. Cadaver, & verb. Dominium.

num. 130. tenet, non excusari magistratus ipsos, qui ex industria, legis promulgationem differunt, ut interim suas merces, vel pecunias majori valore, seu pretio vendant, & respective expendant. Recte tamen addit Cardinalis de Lugo posse illos de magistratu non aliter ac alios bona fide distrahere sua, non obstante tali noticia, quando in eadem quantitate, seclusa illa noticia, distraheri fuissent; & sic tenent alii cum Illung tom. 4. d. e. num. 493.

19 Chirographa, & aliena credita quantumvis certa, si sine molestia, difficultate, odiositate, damno emergente, vel lucro cessante exigi nequeunt, possunt valde, ac licite emi minori pretio iuxta qualitatem difficultatis, periculis, damni, & hujusmodi. Sic communis Doctorum cum Molina disp. 361. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 5. num. 32. Lessius lib. 2. cap. 21. dubit. 8. num. 65. Haunold. tract. 10. cap. 1. contro. 14. n. 100. Reiffenstuel loc. cit. num. 47. Card. de Lugo loc. cit. n. 93. org. leg. Minus 204. ff. de Regul. Jur. Immo, ut subjungit Sporer loc. cit. Doctores merito addunt tantam posse esse difficultatem, vel incertitudinem solutionis, ut ejusmodi chirographa & credita aliena possint interdum dimidio valore emi, & aliquoties etiam minori, ut habet communis sententia, & praxis; & ratio est clara, quia illud est justum pretium naturale rerum, quod communi aestimatione statuitur; l. Pretia rerum 63. ff. ad leg. falcid. communi autem aestimatione minoris, ac in se sint, aestimantur illa aliena credita, & chirographa, quae sine difficultate, periculo, expensis, lucro cessante, & damno emergente exigi nequeunt; & tanto minoris aestimantur, quanto majoribus subjacent periculis, difficultatibus, expensis, & hujusmodi, adeoque &c.

21 Chirographa & aliena credita possunt etiam licite emi minori pretio ab aliquo particulari, qui ob suam industriam, vel favorem principis, aut officialium, vel ipsiusmet debitoris, potest illa exigere sine difficultate, periculo aut damno, sine quibus non potest illa exigere creditor, aut alter, sic Molina cit. disp. 361. num. 10. Lessius l. c. dubit. 9. num. 75. Layman l. c. n. 35. Lugo l. c. num. 94. Bonacina disp. 3. de contrahibus, quest. 3. punct. 10. Reiffenstuel l. c. num. 62. Sporer l. c. num. 48. & alii passim contra Malderum tract. 5. cap. 7. dub. 4. Mollesium in summ. tom. 2. cap. 5. num. 116. & nonnullos alios; Et ratio nostra est, quia valor rei non debet desumi ex privata industria, favore, aut utilitate alicujus particularis, sed ex communi aestimatione, qua communiter aestimaretur, si proponeretur pannel venalis; c. l. Pretia rerum 63. ff. ad leg. falcid. cum ergo communi aestimatione chirographa, & credita illa minoris aestimentur ratione difficultatum, & incommodorum in illis exigendis, sic etiam minoris poterit illa emere talis particularis, quamvis ob suam speciale industriam, vel favorem principis, aut officialium, seu etiam ipsiusmet debitoris, possit ipse illa exigere sine difficultate, & incommodo; hoc enim imputandum est suae specialis fortunae, & industriae.

22 Immo etiam ipsimet ministri, & officiales, qui principum vel aliorum debitorum pecunias administrant, possunt licite chirographa, & aliena credita erga suos principales, minori pretio emere sicuti alii, dummodo ipsi non sint causa difficultatis, aut periculose solutionis, & fecerint quantum in se erat, ut sine difficultate creditoribus satisfacerent. Non enim in tali casu debent esse debitoris conditionis, ac sint alii, cum penes ipsos non stet ejusmodi difficultates tollere; Lessius cit. dubit. 9. Layman l. c. num. 39. Reiffenstuel l. c. n. 64. Sporer l. c. num. 48. & alii. Si autem ipsi, ex dolo, vel negligentia, aut alia culpa sint causa, quod exactio creditorum evadat difficilis, periculosa, aut onerosa, nullum modo possunt illa credita minoris emere, ne ex dolo, & malitia commodum reportent contra leg. si Legataris Cod. de Legatis, ibi: Ut non accipiat fructus sua caliditatis, leg. In fundo ff. de rei vindic. ibi: Neque malitiam indulgentiam est; leg. Cum hi ff. de transact. ibi: Non debet via aperiri malitiae; cap. literis 2. de dolo, & contumacia, ibi: Nos attendentes, malitiam, & dolum nulli patrocinari debere; cap. Sedes 15. de rescriptis, ibi

Quis fraud & dolas et patrocinari non debent; c. Tur. 12. de Clavibus non residentibus, ibi: Cum fraud & dolas nemini debeat patrocinium impartiri. (Vid. l. E. pag. 175. prope fin. num. 51.) Neque ex tali malitia possunt ipsi ministri, & officiales suggerere amico, ut emat minori pretio aliena credita erga regem, vel principem, & postea integra solvere emptori, diviso inter ipsos lucro illius emptoris; Molina disp. 313. §. Solent praeterea: & alii per mox citata jura. Chirographa, & aliena credita in casu quo possunt ab alio tertio minoris emi, similiter possunt minoris emi, seu redimi, vel extinguere ab ipsomet debitore, dummodo ipse non sit causa minoris aestimationis, & quod solutio praefixo futuro tempore non evadat ex sua malitia, aut negligentia difficultatis, & periculosa, sed difficultas vel periculum aliunde originem trahat, v. g. quia ratio belli, aut corruptionis fluminum, aut hujusmodi alterius periculi tempore est, ne bona debitoris pereant, sicut ipse tempore solutionis praestando solvendo amplius non sit; Lugo loc. cit. num. 101. Lessius lib. 2. cap. 21. n. 70. Burges. cent. 1. caus. 10. Sporer loc. cit. num. 50. Reiffenstuel loc. cit. num. 66. La Croix loc. cit. num. 988. Navar. Facundez, Tambur. aliique apud Sanchez lib. 1. cons. cap. 7. dub. 18. contra Molinam, & alios. Secus tamen, si ipse debitor sit malitiosus, & culpabilis causa, cur solutio evadat difficilis, & periculosa, vel onerosa; communis Doctorum per jura citata sub num. 23. Unde cavendum est a similibus emptioibus, quae pretio minori fiunt a debitoribus, vel a supradictis ministri, & officialibus, quia sunt valde periculosa & suspecta, ut recte advertunt Layman, Reiffenstuel, Sporer l. c.

Chirographa, & aliena credita certa, & liquida, pro quibus suo tempore exigendis nulla penitus occurrit difficultas, molestia, vel periculum, neque ullum lucrum cessans, aut damnum emergens, nequeunt licite emi minori pretio; Silvester verb. Usura 2. q. 14. Valentia 1. 3. disp. 5. q. 10. p. 2. Petrus Navar. lib. 3. c. 2. num. 162. Haunold. tract. 10. c. 1. contro. 14. n. 104. Layman l. c. num. 32. Sannig. l. 3. decr. tit. 17. cap. 3. num. 2. Reiffenstuel ibid. num. 1. Sporer l. c. num. 49. Sotus, Angelus, Gabriel, Medina, Lopez, Reginaldus, Turrian, Rebelle, aliique innumeri, quos citant, & sequuntur Lugo loc. cit. num. 69. Molina. loc. cit. disp. 361. Reiffenstuel l. c. num. 95. Lessius l. c. dub. 8. & Layman l. c. num. 32. Et ratio nostra est, quia, ut fatentur etiam adversarii, ad hoc ut sit justa, & licita emptio, & venditio, debet servari aequalitas inter pretium, & mercem, seu rem, quae emitur, & venditur, arg. leg. Si servum 33. ff. ad leg. Aquilam; & leg. Pretia rerum 63. ff. ad leg. falcid. (Leg. 9. tit. 5. p. 5.) atqui si creditum certum, & liquidum, v. g. 100. aureorum, pro quo exigendo nulla penitus est difficultas, aut periculum, seu damnum &c. emitur minori pretio v. g. 90. aureis, non servatur aequalitas ergo &c. Major admittitur ab ipsimet adversariis, & minor clare ostenditur, quia creditum certum, & liquidum 100. aureorum, pro quo exigendo nulla penitus est difficultas, aut periculum seu damnum &c. in se revera valet 100. aureis; unde ut servetur aequalitas inter pretium, & mercem, non potest pro eo dari minus 100. aureorum, aliter minueretur ejus valor propter solam dilationem temporis, quod non est dicendum, ne videatur admitti pro licita usura ratione dilationis solvendi, seu numerandi pecuniam contra expresse damnatam ab Innocentio XI. propositionem in ordine 41. ibi: Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit qui non majorem faciat pecuniam presentem quam futuram, potest creditori aliquid ultra sortem à mutuario exigere, & in eo titulo ab usura excusari.

Non licet sine justo titulo ob solum anticipatam solutionem infra pretium infirmum emere; arg. cap. Consultu 10. de usuris. Non enim minus intervenit usura palliata in emendo viliori pretio ob anticipatam solutionem, quam in vendendo majori pretio ob dilatatam solutionem; Sic Doctores communiter cum Divo Thoma 2. 2. quest.

quest. 78. art. 2. ad 7. ubi sic expresse dicit: Si quis emptor velit emere rem vilius, quam sit justum pretium, eo quod pecuniam ante solvit, quam possit res tradi, est peccatum usura quia etiam ita anticipatio solutionis pecunia habet mutui rationem, cujus quoddam pretium est quod diminuitur de justo pretio res empta. Dicitur autem notanter sine justo titulo; quia potest emptor minoris emere mercem, si adsit justus titulus, utpote si adsit periculum non nisi cum difficultate, & molestia, seu incommodo habendi mercem emptam statuto tempore, si emptori propter expectationem mercis emptae lucrum cesset, aut damnum emergat, & hujusmodi.

20 Minori pretio quam valeat potest res emi ob varias causas. Primo quando emptor emit in gratiam venditoris, & ratione ipsius cessat emptori lucrum, vel damnum emergit, arg. c. Praecaria 4. §. 3. caus. 10. quest. 2. leg. Hoc jure 19. §. 1. ff. de donat. leg. 2. §. fin. leg. 4. §. ff. de quod certo loco. Secundo ratione multitudinis mercium; & Communis. Tertio ratione multitudinis mercium simul emptarum; & Communis. Quarto ratione paucitatis emptorum; Communis. Quinto ratione inopiae, vel paucitatis pecuniae; Communis. Sexto ratione modi vendendi, ut cum venditor rem sponte, & ultroneo offert, & emix rogat ad emendum; merces enim ultroneo vilescunt pro tertia parte pretii, cum id arguat paucitatem emptorum, & modicam mercem necessitatem, vel utilitatem.

Caute procedat hic Confessarius, ne sententiae Rebelle, Megala, & Bartholomaei à S. Fausto plus aequo indulgeat; Advertat alterius, quod etiam si pateat affectus illud, quod nemp: merces ultroneo vilescunt, non licet tamen vilius emere res pauperum, quae ipsi necessitate compulsi venales proponunt, eo solum pretextu, quod offeruntur venales; immo ob necessitatem praecise, qua proximas rem suam vendere cogitur, pro tertia parte iniquum est, ut opportune docet Antoine Tract. de Contr. cap. 5. quest. 5. resp. 3. n. 1. Lugo disp. 26. sect. 3. num. 45. Lessius lib. 2. cap. 22. dub. 4. num. 38. Cajetanus, & alii passim. Immo eadem ultroneas merces vilescere usque ad dimidium docent Rebelle, Megala, Bartholomaeus à S. Fausto apud Dian. tom. 1. tract. 8. resol. 53. & 78. Septimo quando res venduntur sub hasta, seu foro scrutatorio sine ulla fraude, tunc enim possunt etiam emi infra dimidium ejus pretii quo emerentur in officina; Ita Molina, Bonacina, & alii, quos citat Layman loc. cit. num. 10. Diana part. 4. tract. 4. resol. 12. La Croix lib. 3. part. 2. n. 935. Sporer l. c. num. 23. Dicitur notanter sine ulla fraude quia si interveniat dolas vel fraud, ut si inter se conveniant emptores de certo pretio, ultra quod non ascendatur, iustitia laeditur, & defectus pretii restituendus est juxta fraudem, & damnum domino causatum, quia ex dolo, & malitia nemo commodum reportare debet; Sic Doctores communiter per Jura allata sub n. 23.

27 Deputatus ad aliquam rem emendam certo & determinato pretio, si pretium solummodo determinatur, ne excedatur, non potest sibi retinere aliquid, si minoris emit; Certa ac Communis. Potest tamen sibi retinere, si dominus ita determinavit pretium, ut nihil aliud desideret, quam ipsam rem emendam pro tali pretio, relicto emptori, si quid minus expenderit in ipsa res emenda; Iterum certa & Communis. Regulariter vero loquendo quando aliter non constat de voluntate domini, deputatus ad emendam rem determinatio pretio v. g. pro decem, si ei contingat emere pro octo, non potest tunc conscientia sibi retinere illa duo, quia eo ipso quod annuit emere alteri, ejusque nomine, & commodo, tacite promisit per moralem diligentiam utiliter rem aliter gerere, & emere quanti minoris poterit, perinde ac si famulus ejus esset, vel mercede conductus, adeoque nihil sibi acquirere poterit; Castropalao de Justitia commut. disp. 7. punct. 16. Navar. in Manual. cap. 23. num. 97. Molina disp. 163. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 19. Sylvester verb. Emptio quest. 24. Reiffenstuel l. c. num. 145. Sporer l. c. num. 37. & alii passim. Unde de similibus deputatus, seu mandatarius ad emendum sic dicit Cicero in Oratione pro Sexto Roscio: Ergo dicitur haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat,

amicitiam, & fidem. Nam neque mandat quiquam, nisi amico, neque credit, nisi ei quem fidelem putat. Perditur enim est igitur hominis, simul amicitiam dissolvere, & fallere eum, qui lesus non esset, nisi creditisset.

Deputatus autem ad emendam aliquam rem, si ultra intentum domini spirituales, & extraordinarias diligentiam, industriam, & laborem adhibuit pro emendo minori pretio, ut si rogatus emere in hoc loco citra suum speciale incommodum se transferat cum suo speciali incommodo, & dispendio ad alium locum distantem, & tibi rem commissam emat longe minori pretio, quam dominus intenderat, vel sperabat, tunc poterit aliquam partem pretii incommodo, & industria suae proportionatam sibi retinere. Sic communis Doctorum; Talis enim deputatus in emendo alteri tenetur solummodo ordinariam, & moralem diligentiam adhibere; dicta autem adhibita diligentia est extraordinaria, & qui utitur tali extraordinaria diligentia non intendit domino, sed sibi negotiari. Sic etiam potest deputatus ad emendam aliquam rem, v. g. Sartor deputatus ad emendum pannum, serica, & hujusmodi pro vestimentis conficiendis potest sibi retinere id quo minus emit, si mercator vel venditor in solam sui gratiam partem aliquam pretii justis remisit; quod eventum, quomodo mercator dicit sartori, quia tu frequentas continue meo officinam, emptores saepe saepius ad me adducas, & ad hoc ut majores deinceps adducas, de pretio justo à Domino solvendo v. g. de decem argenteis remisit, & dono tibi unum pro singula ulna; tunc enim iuste retinere potest, quia in tali casu mercator vere de suo remittit, & donat. Dummodo tamen, ut recte advertunt passim Doctores, duo concurrant. Primo, ut sartor prius adhibeat diligentiam moralem ad emendum pannum, serica, & hujusmodi ab hoc, vel alio mercatore, quantum potest minori pretio, & vere instet, & urgeat sufficienter venditorem pro minuendo pretio, & non dissimulet, & facile conveniat in pretio spe illius lucri, & praemii sibi à venditore tradendi; alioquin dolum contra dominum sine dolo committit, & restituere debet. Secundo, ut mercator vere, & sine fallacia pannum illum, serica, & hujusmodi, justo pretio, scilicet pro decem vendere consuecat, & ita vendat & alii; adeoque argenteus ille unus sartori remisit, & donatus vere sit de justo pretio panni, & hujusmodi, nam alioquin mercator non de suo, sed de alieno dabit sartori, cum damno domini, & ambo simul furum palliabunt cum onere restitutionis; Unde quia ista plena sunt scopulis, atque scrupulis, antequam fiant, sunt dissuadenda: postquam vero facta sunt, quomodo contigerint, sunt diligenter, & serio examinanda.

Emens frumenta tempore messis, quo minus valet, ut servet vendenda ad tempus, quo magis valere solent, si non faciat animo inducendi caritatem, & postea vendat intra limites justii pretii, nullimode est culpandus; Sic communis cum S. Antonio 2. part. summa Theolog. tit. 2. cap. 23. §. 16. ubi sic expresse habet: De ementibus tempore messium blada, & tempore vindemiarum vinum, & alios fructus, ut postea carius vendant in futurum... Si... propter privatum commodum, tunc fit tripliciter... secundo fieri potest secundum justitiam communitativam, ut faciunt mercatores, & licite possunt pro opera sua accipere lucrum, ut sustententur, dummodo non intendant caritativam inducere. Ipse enim utitur jure suo, nec alios impedit quo minus etiam emant, si velint, & differant venditionem ad tempus, quo magis blada, & hujusmodi valere solent; & ita fecit Joseph Genes. 41. Dicitur notanter, si non faciat animo inducendi caritatem, quia si unus, aut pauci coemunt omnia frumenta, & hujusmodi, ut postea illa vendant ad suum libitum eo pretio, quo voluerint, injustissime agunt, & monopolum committunt, l. unic. C. de Monopolis; Et tamquam perniciosi reipublicae legibus, & penis coerceri debent, cogendo ipsos in annonae caritate frumentata, & hujusmodi, minori, justo tamen pretio, dividere; leg. Annonam, ff. De extraordinariis criminibus. Unde merito in cit. leg. unic. Cod. de Monopolis inhibetur sub pena proscriptionis omnium bonorum, & exi-